



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;  
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ  
propositiones, & alia

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 4. Quænam sunt verba formæ Sacramenti Pœnitentiæ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40817**



12 TRACTATUS VI.

*Quest. 3.* Quænam est materia remota Sacramenti Pœnitentiæ ?

*Resp.* Omnia peccatorum genera, five mortalium, five venialium, quæ commisit homo post Baptismum, quamvis aliàs debitè confessus fuerit; hoc tamen discrimine, quod sola peccata mortalia sunt materia necessaria hujus Sacramenti; quia scilicet non possunt remitti, nisi per susceptionem hujus Sacramenti, vel in re, vel saltem in voto: at peccata venialia, quæ non excludunt à gratia Dei, aut mortalia, quæ quis ritè confessus est, sunt materia sufficiens, hoc est, ut ait Concilium Tridentinum: *Peccata venialia quibus à gratia Dei non excludimur, & in qua frequentius labimur, quanquam rectè & utiliter citraque omnem præsumptionem in confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat: taceri tamen citra culpam, multisque aliis remediis expiari possunt.*

Sess. 14. De  
Pœnit. cap.  
14

*Quest. 4.* Quænam sunt verba formæ Sacramenti Pœnitentiæ ?

*Resp.* Concilium Tridentinum post Decretum Eugenii Papæ I V. ait: hæc esse verba formæ: *Ego te absolvo, &c.* Quia exprimunt effectum quem hoc Sacramentum operatur, qui est remissio peccatorum: Cæteræ preces, quæ præmittuntur, aut subsequuntur, institutione sunt ab Ecclesia, & quamvis non sint de essentia hujus Sacramenti, omitti tamen de facili non debent.

*Quest. 5.* Quisnam est verus sensus verborum absolutionis ?

*Resp.* Sensus horum verborum non est, quod absolutio sit simplex declaratio remissionis peccatorum; sed quod ea effectivè remittat. Quod quidem probatur ex Concilio Tridentino his verbis: *Si quis dixerit absolu-*

Sess. 14. Can.  
23